

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Radow Johann Joachim Tielcke

Dissertatio Inauguralis Iuridica, exhibens Regulam: Agere Non Valenti Non Currit Praescriptio

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788268333>

Druck Freier  Zugang



K.K.-2 (167.)

DISSERTATIO INAUGURALIS³⁷
JURIDICA,
Exhibens Regulam:
AGERE NON VA-
LENTI NON CUR-
RIT PRÆSCRI-
PTIO,

Quam
Divinâ Gratiâ favente,
ex
Autoritate, atque Decreto
Magnifici JCtorum Ordinis in inclyta

Academia patria,

P R A E S I D E

VIRO Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo

DN. GEORGIO RADOVIO,

J. U. D. & Antecessore celeberrimo, Nobi-

lissimum Statuum Ducatus Mecklenburg: Syndico

meritissimo, & ad hunc actum Decano spectabili

Duo. Præceptore, Fautore, ac Promotore suo æternū
devenerando.

PROLICENTIA

Summos in utroq; jure honores, ac privilegia consequendi
publico examini subicit

JOHAN JOACHIM Etelcke Rostoch.

In auditorio Majori, die III. Sept. horis ante- & pomeridianis.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILLI, Universitatis Typogr. 1674.

ILLUSTRISMI JUDICII PROVINCIA-
LIS MECKLENBURGICI
PRÆSIDI, VICE-PRÆSIDI,
& ASSESSORIBUS,
VIRIS
*MAGNIFICIS, GENEROSIS, NOBILISSI-
MIS, AMPLISSIMIS, atq; CONSULTISSIMIS,*
DNO. CONRADO VALENTINO
à PLESSEN, in Müsselmaß & Gressow
hereditario.
DNO. JOHANNI CHRISTOPHORO
Hueswedeln / J. U. D.
DNO. CASPARO à Düringshofen.
DNO. FRIDERICO Klatten / U. J. D.
**DNO. MATTHIÆ à Linstawen / heredi-
tario in Damerow.**
DNO. JOHANNI CHRISTIANO
Beseltenen / J. U. D.
Dnis suis Mecœnatibus, Patronis, atq; Fautoribus
æternum colendis,
Disputationem hanc inaugurelam, eā, quā par est,
reverentiā, & observantiā
offert, dicat, & consecrat
AUTHOR,



I. N. N. J.



Uemadmodum naturali, ac sanx rationi convenit, ut nul-
lus in genere sit pœnæ locus, ubi nos reperitur delictum; cum
unusquisque ex suo admisso sorti subjiciatur, per l. 26. ff.
de pœni. & ibi tantum pœna esse debeat, ubi & noxia est.
l. 22. C. eod. Ita etiam præscriptio, bono publico introducta,
l. 1. ff. de usurp. & usucap. saltem negligentes res suas amissio-
ne earum coercet, Peretz in prælett. in Cod. de usucap. pro-
empt. n. 3. in fin. Panormit. in c. 5. extr. de præscript. n. 2.
Cardin. Tusibus Prætic. conclus. juris, tom. 6. conclus s25. n. 4. nemipique obstat,
nisi qui negligentia alicujus argui possit. Probat hoc inter alia famosissima illa
regula, quam Dd. ex leg. i. §. 2. de annali except: italie: contract. toll: Authent:
Nisi tricennale C. de bonis matern l. 4. in fin. de bon que lib l. 15. ff. de servit P. R.
& locis parallelis eliciunt: AGERE NON VALENTI NON CURRIT FRÆ-
SCRIPTIO. Quam, cum pro consequendis summis in utroque jure honoribus,
privilegiisque conscribenda mihi esset dissertatio quædam inauguralis, ob suam
qua laborat, difficultatem non minus, quam insignem, qua conspicua est ubique,
utilitatem, præ cæteris juris materiis exponendam mihi tumpsi, ea methodo potis-
simum ulurus, quæ veteribus juris Interpretibus in enarrandis legibus familiaris
est; qui regulis fabrefactis, mox ampliations quas vocant, & limitationes seu fallen-
tias subjecerunt. Et quamvis istum docendi modum multi damnaverint existi-
mant: doctrinam illam Brocardicam, quam vocant, in utramque partem esse
implexam, minuque securam, & obscurare S. S. veritatem, ac cognoscendi re-
ligionem: vid. Klock. vol 1. consil. 20. n. 3. & consil. 135. n. 1. Herm. Latber. de censu
lib. 2. c. 3. n. 59. & 60. add. Sicbard. ad l. 5 n. 6. C. de donat: Utilem tamen eundem
esse, atque adeo in usum iterum revocandum, recte omnino statuit Hortleder.
in disp. ad l. Non omnium 20. ff. de LL. th. 9. qnem citat & probat Tabor in præfat.
ad Augustini Barbosæ Axiomata. Præmissa igitur vocum singularium lucidamenta
explicatione, declarando, ampliando, & limitando, quibus potissimum casibus re-
gula nostra obtineat, quibus vero non, ea, qua fieri poterit, & per Amplissimæ
Facultatis Statutum oportebit, brevitatem demonstrabo; Divinum S. S. Trinitatis
præsidium ard. ntissimis precibus invocans, ut mihi præstet bonum initium, melius
medium, & optimum finem cum Jason. & Dd. ad Rubr. de O. N. N. l. 56. C. de
Episc. & Cler. c. 2. extr. de testibus.

A

§. 1. Vo.

S. 1.

Vocula AGERE multas admittit significaciones, quas ordine recenset *Calvius*,
nus in lexico suo juridico sub verbo Agere: Et in hac regula late omnino patet; denotat namque factum quodcumq[ue], quo ius nostrum nobis contra præscriptionem, sive exclusionem quamlibet, sartum, tectumque conservatur, de quo videlicet *Mejerum* in C. J. A. tit. de usuc. tb. 3. § 4.

S. 2. Voci VALERE varias significaciones, quas Lexicographi notant, cum parum ad præsentem rem conferre videantur, hic congerere supersedeo; dummodo monuero, vocem illam idem hic significare, quod posse, sive facultatem habere. Ut adeo in hac regula NON VALENS ille dicatur, qui impeditus id ipsum expedire nequit, quo præscriptio sive evitari, sive etiam interrumpi poterat. Quid ipsum, sicuti variis modis contingit; sic quoque diversi exinde in jure conspicuntur effectus, de quibus postea.

S. 3. CURRERE, à rebus se moventibus ad alia per metaphoram translatum, significat procedere, sive progreedi. l. 31. §. 3 ff de usurp. & usucap. Ex adverso autem non currere dicitur proprie, & regulariter præscriptio, quando illa vel cessat; l. 24. C. de rei vind. vel suspenditur; *Brunnem.* in l. 7. de prescript. 30. l. 40. annor. n. 21. vel plane dormit, uti Dd. loquuntur, *Brunnem.* in l. 3. de prescript. 30. § 40. annorum n. 10. *Peretz in prælitz.* Cod. justin. tit. in quib. causis rest. in integr. non est necess. n. 5. Quamvis in hac regula NON CURRERE ulterius se extendat, ut insimul contineat, quando quidem præscriptio initium capit, & per tempus à lege definitum, non obstante impedimento, ipso jure currit; sed ex æquitate Prætoria, justa causâ probatâ, per restitutionem in integrum contra præscribentem impetrata rescinditur, ut exceptio præscriptionis agenti, cum effectu, objici non possit; vid. tot. tit. C quibus non obj. long. temp. præscr. & ibidem notata *Brunnem.* ad l. 1. § 4. quo casu etiam præscriptio recte dicitur non currere; teste eod. *Brunnem.* in l. 35. ff. de S. P. R. addatur *Mevius* p. 3. decis. 178. cuius decisionis principium cum fine conferendum est; sc. respectu ad effectum nocendi. vid. *Azon. tract. de prescript. ad rubr. quib. non obj. long. temp. præscr. in princ.* Atque huic sententiae faveant verba §. 5. inst. de act.

S. 4. Quid verò præscriptionis nomine hic tandem veniat, evolutâ vociis homonymiâ, facile apparebit. Præscriptio enim varie in jure sumitur. (1) denotat acquisitionem per longam possessionem, & est nomen vicarium usucaptionis, *Eckbole de usurp.* & usuc. §. 4. propterea etiam in hoc significatu ex l. 3. ff de usurp. & usuc. erit describenda, teste *Hahn.* ad *Wes.* de usurp. & usuc. n. 3. verb. usucapio est, & *Struvio Syntagm. juris Civ. exercit.* 43. tb. 6. (2) sumitur pro exceptione qualibet, sive dilatoria sive peremptoria, uti indicio est, l. ult. ff. de susp. tnt. & cur. l. 52. §. 3. & 4. ff de judiciis l. 3. §. 1. ff de prævaricatoribus: *Struv. Syntag. J. C. d. exercit.* tb. 5. *Vallens.* in decret. de prescript. §. 1. n. 1. *Hahn.* ad *Wes.* de except. n. 4. verb.

verb. eas exceptiones declinatorias. Hinc etiam tam in ff. quam Cod. rubri-
cae de exceptione additur vox præscriptionis, ut synonyma: quod præprimis
ex particula: seu, ut explicativa, d. rubr. C. inserta, appareat. Hahn ad Wes. de
except. d. l. In qua significatione optime ex l. 12. ff. de except. describi poterit.
(3) Præscriptio sumitur pro modo excludendi jura ex temporis diuturnitate,
Eckbolt. in tit. de except. §. 25. Hahn. ad Wes. l. proxime d. Vallens. ad decret.
de præscript. §. 1. n. 2. Atque alias vocatur temporalis præscriptio, per tit. ff. de
divers. Et temp. præscript. l. 1. de annali except. In qua acceptione ab Hahn. ad
Wesenb. de usucp. Usuc. n. 3. definitur: quod sit exceptio ex lapsu temporis le-
ge definiti competens. Quæ certe à præscriptione in primo significatu nota-
ta, nisi ratione operationis, & effectus regulariter nihil differt. Eadem enim
præscriptio, qua aliquis aut dominium, l. 3. ff. de usurpat. Usuc. l. 8. princ. & §. 1.
de præscript. 30. l. 40. annorum; aut aliud aliquod jus in re; l. 2. C. de servit.
Et aqua l. f. de long. temporis præscr. l. 10. ff. si serv. vind. aut etiam liberatio-
nem ab obligatione l. 4. inf. de præscr. 30. vel 40. ann. Hahn. ad Wes. de usurp.
Usuc. n. 3. consequitur, insimul, contra priorem dominum, vel jus aliud, quod
tamen, dum alter præscribendo acquisivit, amisit, sibi afferentem, præscri-
ptionis exceptionem posteriori domino suppeditat; uti patet ex l. 8. princ. de
præscript. 30. l. 40. annorum. Addatur Perez in prælect. Cod. in d. tit. de præ-
script. 30. vel 40. annor. n. 15. (4) præscriptio etiam denotat tempus, ejusque
tractum, à lege definitum, sive ipsum terminum præfixum, quo completo,
tandem jura superius allata præscribenti acquiruntur, Balbus de præscript. p. i.
l. princ. quest. 2. n. 1. addatur Mevius p. 3. decis. 178. n. 2. Quæ à prioribus
vocis significationibus, ut prius à posteriori; aut causa ab effectu differt. Sic
explicatur. in l. 3. C. quibus non objicitur long. temp. præscr. l. 6. de long. temp.
præscript. l. 7. §. 5. & 6. de præsc. 30. vel 40. annor. Et paßm in L. L. Jurique
per illam acquisito disertis verbis opponitur in l. 10. ff. si servit. vind. ubi diu-
turni usus & longæ quasi possessionis nomine exprimitur. l. 7. §. 4. de præ-
script. long. tempor. ubi per diuturnitatem possessionis, & diuturnam possesso-
nem indigitatur. Atque hoc sensu quoque dicitur in nostra regula præscri-
ptionem non currere. Quatenus enim jus quæsumum præscriptio denotat,
non, nisi in epte, currere dici posset; quoniam cum illa momento contingat,
Vallens. in decret. de præscript. §. 1. n. 6. sic semel nata processum, ac cur-
sum temporis amplius habere non potest. Dominus Hinricus Schuttmannus
Antecessor hic olim celeberrimus in differe sua de prescript. temp. hoc loco, anno
1643. habita, th. 3. Quare à contrario sensu, cum contrariorum eadem sit do-
ctrina, etiam non minus stolide, in hac acceptione, ob impedimentum, non
currere prohibetur.

§. 5. Sub explicatione vocis currere, §. 3. dupl. phraseos: NON

A 2

CUR-

CURRERE notavi sensum. Nunc ergo subjiciendum, quibus in casibus plane cesseret præscriptio, & in quibus, eadem impletâ, per restitutionem in integrum lœso succurratur. Impedimentum autem vel juris est; vel facti: illud aut dicto aliquem ad agendum reddit inhabilem; & præscriptio plane suspenditur: tunc quidem, si nondum fuit inchoata, initium capiat, l. i. §. fin. de annali exceptione l. 30. C. de jure dotium; aut extrinsecus advenit, & tunc, sicuti etiam in impedimento facti, exceptis quibusdam casibus in jure expresse exemptis, contingit, præscriptio quidem procedit, & per tempus lege definitum perficitur; sed ex causa datur tunc in integrum impedimento inevitabili districcio restitutio, arg. l. 26. princ. & §. 7. ff. ex quibus causis maj. l. 35. de S. P. R. vid. Brunnem, in l. i. C. de annali except. n. 16. seqq. Abbas Panorm. in c. 10. extr. de præscript. n. 13. Bachovius ad tit. ex quibus causis maiores c. 4. n. 4. Rationem hujus diversi processus Bachovius d. l. affigat hanc; quod cum jus præscriptiones introduxisset, idem providere voluerit, ne præscriptio currat ei, quem, directo sc., inhabilem ad agendum illud reddit. Et quamvis posteriori nostro casu, de jure civili, singulari restitutionis in integrum processu sit opus, in praxi tamen hoc obtinet: ut, cum causa restitutionis patet, judex, pro abbrevianda lite, processum decreto præveniat, & ad quod illa facienda est, decernat, ne ex una lite plures faciat, Mevius p. i. decis. 218. n. 7 & p. i. decis. 383. n. 5. Quod compendium magnis laudibus evexit quoque Carpz. lib. 2. Rep. 95. n. 19 seqq.

§. 6. Declaratur autem hæc nostra regula variis exemplis passim in jure. Inter alia namque occurrit exemplum filiosfamilias, quoad bona, quorum ususfructus acquiritur patri, remanente proprietate penes filium, in l. i. §. 2. sepe alleg. de annali except. quia quod illa bona attinet, filiosfamilias neque actionem movere, neque exceptionem sustinere potest; sed pater & in agentibus, & sufficientibus suscipit actiones, & movet, cujuscunque ætatis filius inveniatur, adhibito tamen filii consensu, nisi adhuc in prima ætate sit constitutus, vel longè absit, per l. ult. §. 3. de bonis quæ liberis; juncta l. i. de bonis matern. quare filiosfamilias etiam ab illo tempore, nisi & tunc impuberem aliquem ætas adjuvet, quo lœse potestatis apparuerit, atque sic remoto impedimento, demum incipit currere, & quidem longissimi tantum temporis præscriptio. Authent. Nisi tricennale de bonis maternis; cum hic non sufficiat lapsus longi temporis, aut minoris: quo lex magis & obviaret fraudi patris alienantis bona filii, & succurreret filiosfamilias, ignoranti bona sua à patre possessa, & sine rationum redditione administrata. docente Brunnem. in dict. Authent. Nisi tricennale n. 14. Peretz in prælect. Cod. tit. de bonis maternis n. 8.

§. 7. Et quamvis filiosfamilias alienationem factam sciverit; tamen nulla præscriptio, nisi longissimi temporis, incipiens tunc, quo filiosfamilias exiit de potestate patris, huic nocet. Peretz proxime d. l. Ratio; quia scientia filii.

filiis familias dispendio illi esse non potest, ut quem impedimentum juris ad interrumpeandam præscriptionem inhabilem reddit, & sic enpæ eximit: Culpæ enim caret, qui scit sed prohibere non potest. per l. 50. J. de R. J.

§. 8. Filius itaque rem sic à patre, legibus refragantibus, alienatam, quandocunque voluerit, poterit vindicare à quovis possessore, per l. i. in fine de bonis matern. etiamsi possessor ignorans, & b. f. talia bona filiis familias compa- caverit, uti post Pinellum in Authent. Tricennale de bonis matern. n. 7. a se allegatum, docet Brunnem. in l. i. C. de bonis matern. in fine. Quia enim lex, idque ex justa, & naturali ratione, inhibet usucaptionem, bona fides pos- sidenti nihil prodest per l. 24. pr. ff. de usurp. & usuc. Sed hæc vindicatione non concedatur filiis familias, vivente adhuc patre, uti plurimi sentiunt, quos allegat Brunnem. in l. i. C. de bonis maternis, ibique solide refutat; cujus rationibus, quibus contrarium affirmantium sententiam destruit, addatur expressus textus l. i. §. 2. inf. de annali except.

§. 9. Præter filium etiam ipsi patri, illegitime bona filii sui alienanti, conceditur, nomine filii, actio contra detentores; utirectè existimat Perez in- prælect. Cod. de bonis maternis n. 6. & quidem cum effectu, ut exceptione doli removeri non possit, qua cæteroquin alienans, vel ejus heres, si rem aliena- tam rursus vindicare conantur, repellitur; per l. 17. ff. & u. C. de evit. quoni- am illæ leges ad eum, qui proprio nomine, non qui alieno, & ratione officii si- bili legibus impositi, rem alienatam revocat, restringendæ sunt. Quod ipsum illustratur exemplo. Prælati rem Ecclesie sine justa causa, & non solemniter; ut & mariti res dotales alienantium, quibus contra proprium factum conceditur revocatio. per c. 6. ext. de rebus Eccles. alien. vel non Vallen. in. decret. d. tit. §. i. n. 6. Schneidw. ad princip. inst. quibus alienare licet vel non, n. 4. in fine. Sic satis pulchre hoc declarat Perez. d. i. Quod de alienatione à patre facta dictum, etiam de præscriptione, qua fortasse, ob negligentiam patris, possessor, se rem acquisivisse, prætendat, intelligendum, cum alienationis nomine & usu capio veniat, l. 23. ff. de V. S. & non solum filium, rei vindicatione post cessans impedimentum, utentem, verum etiam quacunque actione, aut petitione jus suum, quod ad bona prædicta spectat, persequentem, nulla præscriptio repellit, ob textuum allegatorum generalem rationem. An autem præcedentia, quæ de jure civili obtinent, & nostris moribus firmo stet talo? dubito. Si enim hodie filiis familias, ob bona adventitia, quorum usufructus acquiritur patri, contra eundem actio conceditur; uti ex Busio & Groenwegen notat. Brunnem. in l. 4. ff. de judiciis, multo minus & eorundem bonorum nomine, contra extra- neum idem illi est denegandum. Utsic de proxy, cessante juris civilis ratione, cessare quoque ejusdem dispositionem, merito quis dicat.

§. 10. Propter hanc nostram regulam nulla temporalis exceptio, sive

per decem, vel viginti annorum curricula, sive per triginta vel quadraginta annorum metas, sive ex alio quoque tempore maiore, vel minore sit introducta, quoad res dotaes, mulieri potest opponi, per l. 30 C. de jure dotium, quoniam uxori nequidem rerum ipsarum dotalium, constante matrimonio, contra aliquem ulla competit vindicatio, per l. 9. C. de R. V. Sed ad maritum solum dotis spectat exactio; Carpz. J. F. p. 1. const. 28. def. 82. n. 5. ut ne quidem maritus exigens mandatum uxoris proferre, aut de rato cavere teneatur: Carpz. p. 2. const. 42. def. 18. etiam si vel soli mulieri dos sit promissa. Quia ipsa dotis appellatio facit, ut ejus exigenda actio, constante matrimonio, soli marito competit. Carpz. proxime d. l. n. 4.

§. 11. Ab eo itaque tempore, ratione praedictorum bonorum, mulieribus præscriptio currit, quo actionem movere poterunt, quod duobus temporibus illis tantum concessum, sc. soluto matrimonio l. 30. C. de jur. dot. & constante quidem adhuc eodem; sed si maritus ad inopiam vergat. Hoc posterius humanitatis intuitu, util. alleg. 30. loquitur, constitutum est, p. l. 29. C. de jure dotium. Inopia vero prætensa probari debet, nec sufficit eam allegari; cum non facile absque causa detur mulieri, constante matrimonio, pro dote in tuto collocanda, actio Carpz. p. 2. c. 24. def. n. n. 4. &c. Probata autem videtur inopia mariti ut uxor agere possit, quando evidentissime apparet, mariti facultates ad dotis exactiōem non sufficere, l. 24. princ. ff. solut. matrim.

§. 12. Hac ratione mulier, sive agat rei vindicatione, sive hypothecariam moveat actionem, quæ ratione juris tacita hypotheca, in rebus mariti concessæ, per l. un. § 1. de Rei Uxor. ab. sive etiam ratione hypothecæ tacite; vel expressæ, in rebus aliorum constituta, huic competit, nulla exceptione præscriptionis, quam quis tempore matrimonii, & rebus mariti bene adhuc constitutis, tanquam acquisitam, prætexit, removeri potest, per se p. d. l. 30. C. de jure dotium. Quæ lex collata cum sequentibus satis indicat, quod mulieri vindicantes in dotem datas, sublato demum impedimento, incipiunt currere tres, decem, viginti, vel 30. anni, per princip. inst. de usuc. E longi temporis prescript. l. unic. de usucap. trans. l. 9. ii. Authent. Malafidei de long. temporis prescr. quatuor anni in casu l. 2. C. de quadr. præsert. §. fin. inst. de usuc. fundum tributarium à marito desertum, ac incultum relictum reperenti duo anni, per l. 8. C. de omni agro deserto, Mevius p. 4. decis. 162. si sc. quis sua sponte occupaverit locum desertum; secus enim quando à Peræquatoribus fuit data novo possessori loci inculti relicti possesso, tunc ex tempore, ad agendum concessio mulieri vel priori dominæ, vel creditrici, cui tale prædium obligatum est, currunt 6. menses, per l. 7. de censibus. Censitor. l. 11. de omni agro desert. Brunnem. ad d. LL. Quod duplici favore, sc. agriculturæ, & tributorum siccio debitorum, uti in simili loquitur Brunnem, ad l. 8. C. de omni agro desert. singulariter videtur introducere. Adde Balbum. de prescr. l. p. 4te princip. quest. 1. n. 6. §. 13.

§. 13. Sicuti vero res proprias dotaes vindicare valentibus diversa cur-
tere incipiunt tempora, ita quoque, ob generalem textuum supr. allegat. ratio-
nem, ex nostra regula deluntam, hypothecas, quæ habent tacite constitutas
in rebus mariti, vel tacite sive expresse in bonis aliorum, persequentibus, si
possessor sit b. f. non nisi decem, vel 20. anni; pertot. tit. C. si aduersus credito-
rem prescriptio opp. triginta anni, si m. f. possessor rem obligatam detineat.
P. l. 3. de præscr. trig. vel quadr. ann. Quadraginta anni in casu, l. 7. C. de præ-
scr. 30. vel 40. annorum. Quatuor anni in casu l. 2. C. de quadr. præscr. & §.
ult. Inst. de usuc. à tempore sublati impedimenti computandi, obstatre possunt.
Decateris præscriptionum generibus idem judicium esto, quod sc. singula-
rum spatia in LL. definita mulieribns agere valentibus demum currere inci-
piant.

§. 14. Hæc nostra regula etiam est unica ratio, quare creditoribus,
quibus sub conditione, vel in diem certum, sive incertum debetur, pendente
conditione, vel ante existentem diem, nulla currat præscriptio, quæ demum
post conditionis eventum, ac dicti lapsum incipit, l. 7. §. 4. de præscr. 30. vel 40.
annor: Quia debiti in diem certum sc. (incertus enim an & quando simul,
aut quando tantum, etiam in contractibus, conditioni æquiparatur, arg. l. 16.
juncta l. 17. § 56. ff. de condit indeb: Eckbolt de hered: inst: §. 15. & de condit &
demonstr: §. 2. Wissenb. ad ff. disp. 5. tb. 11.) destinati nondum venit dies, sub con-
ditione vero neque venit, neque cessit dies, l. 213 ff. de V. S. Unde etiam tale de-
bitum spes tantum vocatur in §. 4. inf. inst. de V. O. Quare etiam præscriptio
non nocet, utpote quæ non currit ad aliquem actum explicandum, antequam
ille actus incipiat explicari posse, Card. Tuscb. Pract. conclus. juris rom: 6. con-
clus: 525. n. 2. Ac quomodo quæso præscriptione puniri poterit negligentia
creditoris debitum non exigentis, qui, ante diem debitorem compellans pæ-
nam plus petitionis incurrit, §. 33 inst. de alibi sunt verba Carpe. I. F. p. 2. const. 1.
def. 6. n. 6.

§. 15. Et procedit hoc ipsum sive tacite, sive expresse dies, aut con-
ditio sit adjectus, tum ob generalitatem l. 7. §. 4. de præscript: 30. l. 40 annor.
tum quod taciti, & expressi eadem sit efficacia; per arg. l. 4 ff. de patris. §. 5. inst.
de V. O. l. 4. §. 1. ff. cod. tum quod conditio tacita non impus, quam expressa,
actum suspendat, potenterque removeat; cum actus etiam sub tali condi-
tione initus, nisi existente conditione, non valeat; Barbos. l. 3. axiom. c. 43. ax-
iom. 16. Idem quoque dicendum sive conditio sit affirmativa, sive negativa
Barbos. d. 1. quia non ante quicquam peti potest, quam explorarum sit, condi-
tionem, etiam negativam, impletam, per l. 10 ff. de V. O. Distinguendum tamen
hic est inter conditionem negativam ultimis voluntatibus adiectam, & contra-
ctibus additam; illa non suspendit actum, sed prestita cautione Mutiana ad-
mittitur

mittitur heres, vel legatarius, vel mortis causa donatarius; perl. l. 18. 67. 106.
ff. de condit. & demonstr. Novell. 22. c. 44. §. ult. hæc autem in sui adventum
haud secus, ac conditio affirmativa, differt obligationem, per §. 4. inst. de V. O.
& l. alleg. 10. ff. eod. Hahn. ad VVes. de condit. & demonstr. n. 7. Rationem diffe-
rentiae exponit Wissenb. p. 2. disp. ff. disp. 8 tb. 2. & Eckbolt. de condit. & de-
monstr. §. 1. ibique alleg. Vinnius ad §. 4. inst. de V. O. n. 4.

§. 16. Hinc legatariis quoque in legatis puris, cum primum ab adita
hereditate dies veniat, per l. 7 ff. quando dies leg. aut fideic:ced. Klocl cons. 104.
n. 36. seqq. Brunneman. in l. 5 ff. quand dies leg. l. fideic. ced. præscriptionum tem-
pora à die aditæ hereditatis computabuntur, & habens actionem in eventum
contraventionis nou patitur præscriptionem, ante quam sit contraventum.
Tusibus præt. conclus. juris tom. 6. conclus. 125. n. 13.

§. 17. Cui sub conditione aliquid est reliquum, si frui illo velit, con-
ditionem adjectam in forma specifica adimplere debet, arg. l. 55. & 94 ff. de con-
dit. & demonstr. quando l. c: adjiciens conditionem formam, & modum ejus
respexerit, secus si effectum tantum, Brunnem: in l. 3. C. de inst. & substit. ad-
datur Wissenb. p. 2. disp. ff. 8. 1b. 3. Si autem imperatum simul fuerit condi-
tioni intra certum tempus parere, neque initium temporis, quod futurum
esset ascriptum, tunc tandem, quando conditioni quis satisfacere potest, tem-
pus præfinitum currere incipit, dictante nostra regula. Hinc statuliber, qui
jussus dare est intra diem centesimum heredi, ab adita hereditate demum,
ut & legatario ad parendum conditioni, tempus computabitur, per l. 46. ff. de
condit. & demonstr. Ex quo textu, notante ad illum Brunnem: etiam deduci
solet: tempus compromissi non currere, nisi jam sit constitutus arbiter.

§. 18. Quod modo de arbitro dictum, illud quoque, suadente nostra
regula, recte ad judicem trahitur, quod non currant termini, sive fatalia, co-
piam judicis vel judicii ordinarii non habentibus. Hinc cum multi gravati ad
summum Tribunal Regium, antequam illud à S. Reg. Majest. Svecica, in provin-
ciis Germaniæ cessis, secundum Pacificationem Osnabrugensem, adornaretur,
dum amplius ad Cameram Imperialem Statibus ac subdatis cessarum provinci-
rum provocare non licet, appellasset, atq; inter moras introducendi Tribunal,
fatalia appellationis quam plurimis præterlapsa essent, tempore vero introduc-
tionis summi Tribunalis Regii, quod nunc Wismariae est, appellationes suas in-
ter positas prosecutoris præterlapsi termini, & desertionis exceptio opposita-
fuissest, judicatum est: non tolum exceptionem adversariorum oppositam non
attendendam, verum etiam nequidem imploratione restitutionis in integrum
opus esse. teste Dno. Mevio p. 2. decif. 9. Etiam si provisionali remedio subditis
interim fuit consultum; quia illud uti volentibus consilium suppeditat, jus au-
tem statibus quæsitum auferre haud debuit, uti idem Dominus Mevius d. l. n. 5.
per l. 6. C. de LL. decidit.

§. 19. Cui

¶ 36. Perro, & (3) ampliatur nostra regula sic, ut quoties cursus præscriptionis im-
pedit ipso jure, non opus sit, ut vigilet, sive interrumperet labore præscriptionem ille, cui
ita à jure provisum est, et si vel extrajudicialiter, secundum normam in l. 2. C. de annal. ex-
cept. præscriptam, hoc facile expedire poterat, cum illa l. 2. tantum de casu interruptionis,
per quam tota tela præscriptionis conquassatur, loquitur. Panorm. in c. 10. extr. de prescr.
n. f. Balbus sepe alleg. tract p. 1. sext. princ. n. 13. Præterea que extra casus quatuor ibi expres-
tos non est extendenda, vid. Brunnem. in d. l. n. 5. seqq. Peretz in prælect. ad Cod. de annal.
except. n. 3. Quamvis haud negavero ipso jure impeditum sibi pinguis consulere, si insimul,
quoties poterit, præscriptionem interrupcat, uti tradunt Panor. & Balbus proxim. d. l. cum
cautela abundans non nocet l. 17. C. de testamentis arg. l. pen. C. de evit. l. 32. §. 6. ff. de aur. &
arg. leg. nec conditionem juris, vel constitutionem mutat l. 1. C. de fideijs. l. 56. ff. mand.
jung. Meibum p. 7. dec. 29. (4) obtinet régula non solum in actibus judicialibus, verum etiā
extrajudicialibus, per exempla, quæ pañim in disputatione sunt videre. (5) non minus pro-
cedit regula in criminalibus, quam civilibus. Etsi enim crimina, sive publica ea sint, sive
privata, regulariter præscriptione, quæ tam accusatori, quam Magistratui, ex officio in-
quirenti, obstat, viginti annorum voluntur, per l. 12. C. de falsis Balb. de prescr. p. 4 quart.
princ. quest. : n. 1 seqq. Eckholt de accusat. & inscript. §. 9. Brunnem. in process. inquis. c. 11. n. 3.
jung. Peretz in Prel. Cod. de accus. & inscript. n. 10. Schneidw. ad tit. inst. de usuc. & long. temp.
præscript. sub rubr. de speciebus præscript. n. 45. Carpz. prælect. Crim. p. 3. quest. 141. n. 10. & 18.
dicla tamen exceptione reus aufugiens, utpote qui agendi facultatem, dum salutem sibi fu-
gä querit, ipse præripuit se tueri non potest, Carpz. d. l. n. 54. Schneidw. d. tit. & rubr. n. 4.
quoniam sententia, nisi crimen perpetratum ant relegationem, aut eā minorem poenam de-
linquenti inferat, contra fugientem, & sic absentem, executioni mandari non potest, l. 1. ff. an
per alium caus. appell. reddi poss. Carpz. prælect. crim. p. 3. quest. 140. n. 3. & quest. 141. n. 54.
Brunnem. in process. inquisit. c. 8. membr. 6. n. 1. Quin etiā Magistratus, durante adhuc tem-
pore legibus præscripto, inquisitionem non formasset, nec reum fugitivum in bannum, [de
cujus speciebus, processu, atque effectu, vid. Carpz. prælect. crim. p. 3. quest. 140.] declarasset, eo
præterlapsò reum nihilominus condemnandum esse cum Carpz. quest. 141. n. 56. dicendum vi-
detur, ne absentibus occasio præbeatur liberrima poenam effugiendi.

§. 37 Tempus autem præscriptionis criminum, quod dixi regulariter vicennio ab-
solvi, (quædam enim crima minori tempore extinguntur, ut adulterium, de quo post
quinquevnum amplius queri non licet l. 11. §. 4. & l. 29. §. 5. ff. ad leg. jul. de adult. Carpz.
prælect. crim. p. 3. quest. 141. n. 40. poss. Dd. ibidem allep. quædam vero nec viginti quidem an-
nis excluduntur, sed sunt perpetua, ut crimen parricidii per l. fin. ff. ad leg. Pomp. de parrici-
diis, cum ceteris quibusdam enormibus, Brunnem. in l. 12. C. ad Leg. Corn. de falsis n. f. Carpz.
d. quest. 141. n. 52.) currit à die perpetrati delicti, & quidem in successivis ac reiterabilibus
a die ultimi commissi, non attento an sciverit, an vero ignoraverit crimen accusator, aut
judec. , uti per verba expressa, l. 11. §. 4. l. 29. §. 5. ff. ad Leg. jul. de adult. interpide decidit,
Brunnem. in Process. suo inquisit. c. 11. n. 4. jung. n. 5. Adeo ut nequidem in delictis occulite
perpetratis, & quæ ob ignorantiam vindicari non potuerunt, aliud sit dicendum, Carpz.
proxime d. quest. n. 24. judecque præscriptionem, si ea ex actis appareat, supplere, atque
exceptione hacc munitum absolvere teneatur, qui alias reus sic satis tutum, decapitari fa-
ciens, ipse decapitari debet, uti loquitur Carpz. d. quest. n. 7. jung. n. 29. vid. & hic Brunnem.
in process. inquis. c. 11. n. 6. Dictis nihil obstat. regula nostra, quod quasi ob ignorantiam, &
quia nimis caute texit crimen delinquens exigi poena debita, sive agi haud potuerit, quæ
ratio dubitandi adeo movit Farinacum, ut etiam, si delictum reperiatur, quod nequidem
per diligentissimum inquisitionem erui potuerit, contrarium teneat, referente Brunnem.
in process. inquis. n. 11. n. 4. Non enim post tempus a legibus definitum inspicitur an magi-
stratus agere potuerit, vel non; sed inducitur præsumptio, quam tamen fuga rei, præva-
riatio accusatoris, & per indirectam, antea agitata accusatio plane elidunt, p. l. 31. ff. ad l.
Jul. de adult: eum, quitanto tempore a crimine perpetrato abstinuit, non tam dolo, & pec-
candi confusuridine, quam ignorantia, impulsu & naturæ infirmitate, ac fragilitate humana
in crimen incidisse, cum præcedentia, præsertim, quæ ad mores spectant, ex sequentibus mi-
rum in modum declarantur. Ut sic vi prædictæ præsumptionis post tempus legitimum inno-


tinus nocentis, per i. s. II. ac pennis. Atque prædicta ratio, qua intitutus præscriptionis criminum
æquitas, docente peretz. in prelff. C. de aecu. & inscr. n. 18. etiam satisfacere videtur erro.
nez eorum opinioni, qui civiles leges hinc iniqutatis arguendas putant, quod vindictæ à
Deo severe injunctæ metam, præscriptionem concedendo, injuste ponere videantur.

§. 38 Quæ hactenus de criminum præscriptione tradidi, ad forum temporale, & vin-
dictam publicam, aut pœnam temporalem restringenda sunt, in foro enim conscientia, ut-
pote ubi delictis nunquam præscribitur, leges civiles vim suam adeo exerer e nequeunt, quin
semper pœnitentia pro delicto peccatori confessio vel convictio imponi possit, Panormi in c. f.
ext: de præscript. n. 12. Balb. de prescr: p. 4. quartæ princ: quest. 2. n. 4. Quia quoad Deum &
forum animæ cessat præsumptio de jure civili approbata; in illo enim foro diurnitas tem-
poris auget peccatum, etiamsi non sit reiteratum, c. 5. ext. de eo qui dux. in matr. quam poll. & tan-
to graviora redduntur peccata, quanto diutius infœlicem detinent animam; c. f. ext. de con-
fess: Balb. prox. d. l. Hinc etiam refert Brunnem: in processu suo inquis. c. 9 n. 40 mulieri cui-
dam, quæ in conscientia sua valde excrucia adulterium, ante 10 annos commissum, tandem
manivestaverat publicam tamen depreciationem à Facultate Amplissima juridica Francofur-
tana fuisse dictatam. Nec ulterius tempus criminibus præstitutum excludit petitionem in-
teresse partis, aut actionem civilem, occasione delicti competentem, hæc enim perinde, ac re-
liquæ actiones civiles, à parte, intra 30 annorum spatium, intentari potest, Carpz. sepe alleg.
quest. 14 n. 47. ubi & sic aliquoties judicatum fuisse refert. jung. eund. Carpz. pract. cr. m. p.
2. quest. 57 n. 50 & 51.

§. 39 Superioribus ampliationibus merito adjicitur(6) & nostram regulam sortiri locum
tam in præscriptionibus dierum, & si qua minoris intervalli inveniatur, quam annorum.
Quare condemnato fatale interponendæ appellations, quod est 10 dierum, authent. Hodie C.
de appell. & consult. ab eo demum tempore, quo non solum publicationem sententia, verum
etiam ejusdem tenorem didicit, incipit currere: sine ea enim cognitione non potuit, an re-
medio appellationis sit opus, an vero non, constare, atq; sic, appellandi facultatem antea
præcisam fuisse, appareret, vid. Dn. Meßtus p. 3 decif. 269, jung. p. 7 decif. 269 Addatur §. 1. & 13
b. disp. (7) nostra regula obtinet, etiamsi illæ, qui præscribere vult, sit in bona fide, conferan-
tur hic dicta §. 8 b. disp. (8) vi quoq; ac efficacia sua hand destituitur nostra regula, quamvis
illæ, contra quem præscribere quis conatur, sciverit, rem suam ab altero, animo fibi habendi,
detineri. Hæc tamen scientia sic comparata esse debet, ne hinc subjectum suum negligentiz
argui possit, confer §. 7 & 13 b. disp. (9) nostra regula non solum in casu, ubi impedimentum
reperiatur, quod plane non possit tolli, verum etiam quod remotu est difficile, efficax appa-
ret; cum enim difficultas, non minus, quam impedimentum inevitabile, quoties de damno
vitando agitur, juvat, illa ipsa etiam à morâ, ejusq; pœna, excusare debet, Carpz. I. F. p. 1 c. 6
d. 10 n. 4. & 5. Meß p. 2 dec. 11 n. 2. Quod exemplis declarat Dn. Meß. d. dec. jung. ejusd. p. 4
dec. 339 & p. 2 dec. 347: (10) etiam nostra regula ad statutariam præscriptionem extenditur, li-
cet statutum indistinctè, ac præcise loquatur, dum statutum tacitam ex nostra regula recipit
conditionem, utpote quod eandem cum jure communi patitur interpretatione, ut is, contra
quem præscribitur, agere possit, Card. Tusch. sepe d. concil. 515 n. 2, 6, 7, 17. Balb. d. tral. p. 1.
scit. princ. n. 19. hoc enim ipsa natura ac communis ratio omnibus præscriptionibus indidit,
Meß. ad I. L. I. tit: 8 art: 1 n. 31 seqq. quæ certe etiam vetera statuta iudicæ intelligi, sed ita,
ne quis indebet dampnum patiatur, Gail. l. 2. obserb. 33 n. 6, 7. Nec minus (11) nostra regula
utilitas conspicua est in omnibus constitutionibus, quæ inducent novam præscriptionem, cū
& hujusmodi constitutiones è jure communi interpretatione passim hanc capiant: ut is,
contra quem præscribitur, agere possit, Card. Tusch. 9. sepe alleg. conclus. 525 n. 7.

§. 40 Toties a. nostra regula suum perdit officium, quoties impeditus negligenter, ac
culpæ, ad impedimentū immediate sc. ordinata, argui pt. Tusch. sepe d. concil. 515 n. 23. Balb. d.
tr. p. 1. f. 20. pr. n. 22, & 23. Barb. l. 14 c. 64 axiom. 3 & lib. 3 c. 73 axiom. 6, per text. l. 2. 5. 8. ff. 6
quis cau. l. 16 & 16 ff. 18 quiby caus. maj. c. 5 extr. de concess: prob: add: Meß. p. 3 dec: 282. Quæ
exemplis, & præjudicis ex authoribus hinc inde collectis, latius deduxeram; typis vero, ob
pagellarum Ampliss. Facultatis statuto determinatam angustiam, imprimi non potuit. Te-
lam ergo hic invitus ab rimo, & quod restat, commodiiori loco, ac tempori reservo, referens.

SOLI DEO GLORIAM.







von der Deutschen Jur

ret ap. Maderum in Epistolis Caroli IV. Gerv
tioni de Imperio Romano annexis §. 24. p. 116
Johanne Zacharia steht in des Johannis S
Archī-Comitū Oldenburgenſium :
etiffissimus Magister Jobannes Zacharia de conve
nus Theologus & NB. Utriusque Juris Vir C
pora Erfordia & alibi, quam maxime autem in
doctrinam & elegantiam clarissimus fuit, &
fecit. Da nun dieser Magister Johann
Consultissimus, dem im Anfang des fun
nem Cosmischēm Concilio beygewohnet
alter Mann gewesen, (wie er im besagtem C
so muß er wol schon im negstvorigen vierze
rühmt gewesen seyn. Vermuthlich wird
Zacharia mehrere Nachricht finden in der
riæ Concilii Constantiensis. Vom S
dass er, da er noch Pfalz Graff im vierzehn
seiner Erfahrenheit in denen Rechten Justiti

§. 15.

Gerner zu Zeiten des Italiāischen Juris gehenden Seculo gelebet, haben zu Bononi Schule Rōmischer Jurisprudenz, an die gehalten, worunter eine grosse Anzahl Deuden; wie Odofredus, Scriptor Coevmann. in Dedicatione Commentarii ad Institutum mehr nicht gezoiffelt werden, daß Irnerius und so gar nach Constantinopel, die Rechte es also nicht unwahrscheinlich, daß auch and Zwegs halber, sich in die Fremde nach Italien nach Constantinopel begeben. Denn solch See, waren damahlen, wegen der Kreuzzüge in Deutschland üblich und gewöhnlich, wie becensi zu ersehen. Sehr wol hat Anton nasi Ticinensis angemercket, daß Kaiser Friedrich Promulgation der Authentica habita d Deutsche Jugend nebst der Italiāischen na

23

Commentarii
Magistro
Chronicorum
egius ex Do-
si, eruditissi-
or hoc tensio-
nodo, ob ejus
xperimentum
Juris Vir-
uli gehalte-
len schon ein-
nannt wird)
Seculo be-
im Joanne-
nus Histo-
rist bekannt,
sen, wegen
worden.

er im drey
befandten
ten sich aufs
sich befuns
hm Hott-
wil ja nu
r gewesen,
eiset. Ist
, gleichen
wol weiter
derlich zur
Land, auch
oldo Lu-
istor. Gym-
b. bey der
habt, die
ien in Ja-
talien